

15

Περὶ ἐκβαθύνσεως τῶν τάφρων Χάνδακος. Αἱ δαπάναι τῆς ἐκβαθύνσεως, ὡς πάντοτε, θέλουσι βαρύνη τὸ κοινὸν τοῦ Χάνδακος, ἄνευ ἐπιβαρύνσεως τῆς κοινότητος. Τὸ ἔξαχθησόμενον χῶμα νὰ στρωθῇ εἰς τὸ πεδίον Κατσαμπᾶ, ὥστε μὴ ἐπέλθῃ βλάβη εἰς τὸν λιμένα ὥστε δήποτε. 1372, Μαρτίου 19.

F^o 43^{to} Millesimo trecentesimo LXXII, die XVIII Marci.

Capta. Cum fosse ciuitatis Candide a bono tempore citra fuerint amonite et stando sicut stant, stant cum magno periculo ciuitatis predicte, et pro multis respectibus sit utile ymo necessarium uelociter prouidere de faciendo eas cauari, 5 sicut seruari et fieri solebat; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs Crete ac capitaneo nostro ibidem quod faciant cauari ipsas fossas per modum solitum et eciam per publicum ciuitatis et burgi, ita quod commune nullum onus sentiat uel aliquid expendat pro ista causa et tenendo modum abiliter de faciendo fieri istud cum quam minori onere et grauitate poterunt nostrorum pheu- 10 datorum et aliorum ciuium et fidelium nostrorum deinde. Faciendo prohici terrenum quod cauabitur in ualli que uadit uersus Cazamba, ita quod non fiat 12 damnum portui ullo modo.

16

Εὐκολίαι παρεχόμεναι εἰς τοὺς ἐμπόρους. 1372, Ιουνίου 14.

F^o 54^{to} Millesimo trecentesimo LXXII, die XIII Junij.

Capta. Quod juxta solitum subueniatur mercatoribus nostris conuersantibus in partibus Crete, quod eorum mercationes subtileς quas presentauerint duche et consiliarijs Crete a die primo Septembris usque dies VIII mensis Octubris proximi, qui dictas mercationes ponи faciant sub suis clauibus et sigillo possint facere conduci Venecias cum nauigijs disarmatis recedendo inde per totum dictum men- 7 sem Octubris cum omnibus modis et ordinibus ac condicionibus solitis.

17

Ωσαύτως. 1342, Ιουλίου 30.

F^o 61^r Millesimo trecentesimo LXXII, die penultimo Julij.

Capta. Quod subueniatur nostris mercatoribus conuersantibus in partibus Crete, Coroni et Mothoni, quod possint mittere ad dicta loca pannos et mercationes suas cum nauigijs disarmatis recedendo hinc usque dies xx mensi Augusti 5 proximi, soluendo nabulum galearum quod ueniat in commune.

18

Ἐπισπεύδεται ἡ πληρωμὴ τῶν ὀφειλομένων δόσεων, ὑπὸ τῶν τιμαριούχων, ἐπὶ ἀπειλῆ πλειστηριασμοῦ τῶν ἐνεχύρων. 1372, Αὔγουστου 10.



Fo 63^r Millesimo trecentesimo LXXII, die x Augosti. 1

Quod scribatur rectoribus Crete in hac forma. Intelleximus litteras uestras super facto pagarum, quas facere tenentur feudati nostri Crete, pro suis feudis, et quod plura pignora pro pagis predictis non solutis sunt in cameraria Candide etc. Propter quas rescribimus uobis efficaciter mandantes quantum possumus, quatenus omni occasione remota, infra duos menses a die presentis nostri mandati recepti per uos, omnia pignora, que, sunt consignata, ut dictum est in cameraria predicta pro pagis ipsorum feudatorum non solutis, debeatis uendi facere et expediri sine mora sub pena ducatorum centum pro quolibet uestrum in uestris proprijs bonis, quam penam dehinc commissimum exigendam officialibus nostris rationum, de qua habeant partem, ut de alijs penis suo officio commissis. Insuper mandamus uobis, quatenus quintam et sextam pagam a feudatis predictis similiter exigere debeatis et exigi quam citius fieri poterit, ne commune nostrum damnum incurrat, set sit integraliter satisfactum et si uobis presentaretur aliquod pignus pro dictis pagis tale pignus sit presentatum, non possitis retinere nec retineri facere ultra unum mensem, set faciatis illud uendi sub pena predicta: Et similiter obseruetis pro omnibus alijs pagis, que restabunt in posterum solui, ita quod commune nostrum cum integritate habeat suum rectum. 18

19

Διὰ θεσπίσματος ἀπὸ 10 Φεβρουαρίου 1371 κατηγήθησαν οἱ δασμοὶ ἐπὶ τοῦ οἴνου λειανικῆς πωλήσεως ἐν Κρήτῃ καὶ ἔτερος δασμὸς ἐπὶ τῆς ἔξαγωγῆς τοῦ οἴνου ἐκ τῆς νήσου. 'Αντὶ τούτων ἐφορολογήθη τὸ γλεῦχος γενικῶς δι' ὑπεροπύρων δύο τὰ ἔκατὸν μιστάτα. 'Αλλ' ἡ γενικὴ αὐτῇ φορολογίᾳ ἀνταπεκρίθη κακῶς ἐπὶ προφανεῖ ζημίᾳ τῆς κοινότητος. Διὰ ταῦτα ἀποφασίζεται νὰ καταργηθῇ ὁ φόρος τοῦ γλεύκους καὶ νὰ ἐπανέλθῃ ὁ δασμὸς ἐπὶ τοῦ οἴνου λειανικῆς πωλήσεως καὶ ὁ δασμὸς ἐπὶ τῆς ἔξαγωγῆς, ὡς πρότερον. 1374, Ἱανουαρίου 16.

Fo 74^r Millesimo trecentesimo LXXIII, die XVI Januarij. 1

Capta. Cum alias per partem captam in isto consilio millesimo trecentesimo, LXX, die x Februarij fecerint reuocata datia uini quod uendebatur ad spinam in insula Crete, et aliud datium impositum uino ad extrahendum de insula et fuerit prouisum quod imponeretur datium toti uino musto, totius insule Crete de yperperis duobus pro quolibet centenario mistatorum, etc. ut in dicto ordine continetur. Et sicut notum est, dictum datium impositum uino musto totius insule Crete male et pessime respondidit cum damno notabili nostri communis et penis respondebit nisi subito prouideatur; uadit pars considerato quod res ista satis probata est sicut scribit regimen Crete quod reuocetur ordo et pars alias capta in rogatis de datio imposito uino musto insule Crete et reducantur datia uini ad spinam et datium uini ad extrahendum de insula ut primo exigebantur, ante-

